58 gerere, quia tunc sententia non trahit secum executionem; ita probat textus expressus in d. cap. præteca de appella, adeò ut etiam post conditionis evenitum non liget, dum ea pendente appelletur, ex quo enim nondum injecter vinctum ex impedimento conditionis, quo etiam tempore appellatione proponitur ante perfectum gravamen, nihil mirum, si postea conditio adveniat, non retrotrahatur ad principium gravaminis, & sic ad extremum à quo, quia idem inventum inhabile prout suspensionem per appellationem, argumento text. in cap. venientes; de iurejus & in simili est text. in c. quaevis, de scriptis in 6. ut dicit, & respondet Philipp. Franc. in d. cap. adhac, ubi respondet ad aliquam iuram in contrarium 1. col. versiculo in eadem glossa ibi lex potior, &c. ubi etiam dicit post Baldum, q. od conditione non trahitur retrò, quando aliquid reflatur contra iuris dispositionem, ex l. talis scriptura & ibi per glossam ff. de leg. 1. & gl. & Doct. in c. proper, referitis 6. item tenet Lapis allig. 7. Prælatus n. 4. ante quos Joan. Andr. in dicit, c. is cui de sent. excommuni. lib. 6. num. 4. Rota decisi. 19. alias 444 extra Rotam in finalibus verbis, de dole, & conuictu, in novis, Lancelot. ubi proxime. Qui omnes hanc tenent conclusionem, quid in sententia censurarum per appellationem nullum habent effectum, nec possunt interim ligare, nec etiam conditio tunc trahitur retrò. Et si etiam omnia gesta à judice post appellationem, vel intra tempus ad appellandum à censuris conditionalibus simul cum delegatione, debent reponi virtute provisionis ordinaria, à Curia suprema emanata, prout etiam latè supra diximus de appellatione ab excommunicatione conditionali, quia omnes Doctores pariter loquuntur in interdicto, & suspensione, quae sub censura continentur.

60 Ex hac etiam censurarum cognitione infertur, judicem pendente appellatione à sententia purè lata excommunicationis, suspensionis, & interdicti, virtute provisionis ordinaria non teneri reponere privationem fructuum, ad quam devenit ea pendente, quia non obstante dubium non est posse judicem absque meo, & peccato-attentia sic excommunicatum, suspensum, vel interdictum fructibus beneficii, & distributionibus quotidianis private, ex text. in cap. pastoralis, §. verbum, ubi Abb. Imola. & Fran. 20. & seqq. de appellatio. Ratio autem est, nam ex quo est divitius à communi- cione Ecclesie, ejus præceptis contumax, & inobediens, non debet fructibus Ecclesie alimentari. Quam

Salgado de Prost. Reg.

rationem rectè reddit Maranta in speculo, quæ 2. 3. partis 6. part. prim. num. 168. Petrus Dueñas in reg. n. 8. Pro quo etiam facit, quod dicitur excommunicatum 62 non facere fructus suos, ut tenet Puteus decisione 1. in titul. de sent. excommun. in cap. excommun. & alia Capella Tholola, decisione 28. incipit in una Brixien. Roua decisi. 36. quam allegat Milius in repertorio. verbo atten- tata post executionem idem Marant. ead. 6. part. art. 2. prin. verbo, & quandoque appellatur lim. 5. 179. fol. 484. Lancelot. de atten. 2. part. cap. 12. lim. 21. num. 1. & fulsis lim. 22. n. 1. & seqq. Abb. in cap. pastoralis 53. §. verum, nota ultim. n. 6. & per omnem Prepositum Martam de jurid. 3. p. 14. n. 1.

Quod procedit, & extenditur, etiam in sententia 63 censura nihil de fructibus dictum sit, Abb. in dict. cap. pastoralis, §. verum, sub num. 17. Maran. d. lim. 5. n. 179. fol. 584. Scacc. de appell. quæp. 17. lim. 42. num. 8. & 9. & videndum quæp. 3. à num. 76. & facit etiam distinctionem supra à nobis traditam in sententia suspensionis, ut si pro pena delicti imponatur, interna provideatur & aliter ex fructibus beneficii, si verò & pro contumacia ponatur nullo modo aliter, nec provideatur ex ratione à Doctribus, quos ibi adduximus.

Quæ doctrina adeò vera est, ut hac vita privatus be- 64 neficii fructibus, eos non obtineat, nec confequantur per viam attentati, etiam si obtineat in processu cau- se, & declaretur excommunicationem fuisse injustam, ut tenet Franc. in d. verum, num. 21. Lancelot. de atten. 2. part. c. 12. lim. 22. n. 4. per viam autem querelæ bene potest eos recuperare, ut per eos ibi, & decisio. Tho. de Tan. 26. in cap. in usia ubi voluit iusfruere excommunicatum fructus recuperare; quod intelligentem est per aliam viam, quām attentati, quia illa pratio, & innovatio fuit legitime facta & ex permissione juris, ut in dict. cap. verum, quæ intelligenda sunt in excommunicatione iusfruere, at in excommunicatione suspensione, vel interdicto nullo, iuxta ea quæ adducit Nav. in prelectione, cap. cum contingat in oppositionibus, à prima, & præcipue in verbe, decimo inferitur, nullus be- neficiorum fructus abstrahi, &c.

Omnis sic prædicta, quibus diximus, & probavimus 65 posse judicem non obstante appellatione à sententia censure, puta; excommunicationis, suspensionis, & interdicti innovare, & devenire ad denuntiationem, fructuum privationem, & similia, cum suis declaratio- nibus, de quibus suo loco adduxi, non procedunt, nec locum habent in judice delegato, postquam hujusmodi appellationi à sententia suspensionis, excommunicationis, vel interdicti detulit, vel postquam superior ab ipso appellationem admisit, licet ei non fuisset per inferiorem delatum, argumento cap. pastoralis, §. præterea, de officio delegat, quia quando judex delegatus appella- tionis deficit, omnino modum iurisdictionem, à se diciunt abdicasse, & hanc limitationem adscribunt Philipp. Franch. post Innocentium per eum relatum in d. s. ver- rum, quæp. 7. num. 28. & eos referens sequitur Lancelot. Robert. de atten. 2. part. cap. 12. lim. 21. n. 10. & n. 20. & 29. & nos latè Deo lucente suo loco tractabimus infra, 3. p. hujus operis, dum tractabimus de delatione appella- tionis late forsan.

Succedit nun solvenda difficultas, an iudex vim fa- 66 ciat non deferens appellationi interpolit à relaxatio- ne excommunicationis, suspensionis, vel interdicti, & ea non obstante possit, ad effectualem executionem, & sic ad absolutionem devenire, in quo articulo omis- sa disputatione ita dico, hoc casu vim nullam esse posse, cum ea appellatione non obstante absolutio acceleratur, etiam si pars, quæ ab hujusmodi sententia; quia quid obfuscius declaratur, appellans allegaverit, se faci- ait non esse, vel aliam iustitiam, ut probat ex text. in c. que fronte, ibi, iudex (in excommunicatione

R. 3. decedat)

decedat) absolvere poterit, etiam pars adverfa, nec abfolvat, appellations obſculum interponat, &c. appellat. 25. in ordine, ubi glōſa, & omnes hanc firman conclusionem, p̄cipuū Philipp. Franc. col. 5. verſiculæ prodiſtū omnibus teneſenti, & iterum col. 7. q. 4. num. 35. Lancelot. de atten. 2. part. c. 12. limi. 23. n. 3. Matant. de ordine iudiciorum, 6. part. princ. 3. part. q. 2. n. 180. qui clare loquitur, licet neget Lancelot, ibi, post Joan. Andteam in cap. venerabilis, 8. tamen, de ſententi. excommunicati. in 6. Petru. Dueñas regula 42. num. 8. verſe. 8. fallit in pri. p. regul. Alciatus de judec. titul. de 67 appellat. §. in quibus calibus, & ex quibus cauſa appell. poſt. &c. n. 8. idem Lancelot. ibi lim. 21. in princ. Zerola in praxi Episcopali. 2. parte, verbo appellatio. q. 4. si qui namque excommunicati ſi pro maniferta offensa, vel contumacia, qui ad hoc, ut debat abfolvi, debet impendere aliquam satisfactionem, qua etiam non facta, volueri iudex illum abſolvere, & ante quam is abſolvatur, adverſarii ab hoc gravamine appelleſt legitimè, nihilominus iudex a quo abſolutionem potest imperare abſque metu, & reatu attentati, probat Zerola, & Lancelot, ceteraque omnes ibi, & quod à ſententi. abſolutionis non detin appellatio ultra relatos, idem probat Guido Papæ tradiſ. de appell. q. 110. verſiculæ dicim, per quam periculum eſt quo opprefſus David Psalmo 101. dicit: Paucitatem dierum meorum nuntia mihi. Solet namque ſubito Deus venire, iuxta illud, quod legimus quotidie: Visitas cum diluculo, & ſubito probas illum. Job. 7. cap. Scriptura enim sancta vocat mortem fulgor. Matthæi 25. c. Sic ut fulgor in oriente, 76 bene advertit Franc. Anton. de Rambel. in figuris Biblia, titulus de morte, ſuper illius verbis ſicut exi fulgor, &c. litera E, fol. 109. fuit enim ſubito, & improviſo fulgor, & tonitru, quo autem extra domos poenitentia reperient vagantes, per agros vanitatis viæ praefertentes, defecit ſuper eos repentina mortis tempeſta, & ſubito extinguitur, & a dæmonibus eis inſidiabitibus rapiuntur in hora mortis, ut inquit diuſus Gregorius in d. l. 6. Moralium, relatus à Franc. Antonio ubi proxime, ante finem ergo, cum mors fit fulgor, ſubito, & repente veniat, abfolto excommunicationis diſferenda non eſt per appellacionem, ne forte eveni inveniat extra domos poenitentia, Ecclesiā, & communione fideliū, qua excommunicatione eum privat, & tradit dæmoni, iuxta illud Apoſtoli: Tradidi eum Satana, &c. & iſte eſt verus ſenſus illorum verborum text. in d. cap. qua fronte, ibi, ne in excommunicatione decedat, iudex abſolvore poterit, &c. quia periculum eſt in mora, dilationem non patitur abſolutio, inò accelerata eſt, cum à viis, & malis celeritate exire debeamus. Probatur Ecclesiastici 5. Non tardes conuersi ad Dominum, & ne differas de die in diem. Pro quo facit illud S. Joan. Chrysostom. in homilia 22. in 2. Corinth. in Moralib. Ne tardes conuersi ad Dominum, & ne differas de die in diem: neſciſ enim quid paritura ſit ſupervenientia dies: periculum enim, & metus eſt in differente, ſalus vero certa, ac ſecura, ſi nulla ſit dilatio. Et lib. Ecclesiastici cap. 5. legitimi ibi: Non tardes conuersi ad Dominum, & ne differas de die in diem, ſubito enim veniet in illius, & in tempore vindictæ difperdet te, &c.

Ad quod pondero illud Hieremias Prophetæ 51. qui 77 poſpoſum de uitio, culpis, & mundo loquuntur eſt: Fugite (inquit) de medio Babylonis; non enim dixit exi, vel abi, de medio Babylonis, ne peccator videtur permifla dilatio quām exiit a malis, & culpis, nullo modo patitur, cum periculum ſit in morte: quia neficit quia die ac horæ, &c. ſed ſubito, ut fulgor mors venit, ſecundum quæ jam diximus, & ideo merito uſi eſt Prophetæ illo verbo, fugite; ſua intentione, & brevitati rei neſſario, cum omnem curſum praeflitum, omnimodatim celeritatem ſignificet, quod confirmatione, nullum enim in mundo maius potest considerari periculum, quām navis in medio mari tempeſtate laeſit, quām navis in mora, appellatio emissa non ſuſpendit, etiam periculum peccatorum expoſitum eſt, dicitur: Veni in altitudinem maris, & tempeſtas demerſit me, Psalmo 68. & ita diuſus Iſidor. de ſummo bono inquit: Poſquam peccato obligavimus nos in operibus Diaboli, jam noſtra viriſte ſurgere non valens; ſed ſicut navis frālo gubernaculo illuc ducitur, ubi tempeſtas eam devolvetur: ſic homo divine gracie auxilio perditio, non quid vult, agit, ſed quod Diabolus perſuadet: & niſi valida manus Christi ipſum inde

inde extraxerit, uſque ad mortem in peccatorum ſordibus, & vinculis permanebit: & inde cum is qui eſt in hoc periculo, ſubito potest perire, ſubito etiam, & ſine dilatione auxilium ei praef. nondum eſt: ut 82 ibi profectum Iſidor. dicens: Sed Christus qui non uult mortem peccatorum, nec delectatur in perditione viventium, praſo eſt, infundere bujus gratia dulcedinem, ut peccatorum extrahat a peccatorum ſuorum profundo, igitur peccatori excommunicato, qui tot periculis expofitus eſt, impedimento appellatioſis abſoluto diſrenda non eſt.

83 Hac etiam pars insuper probatur; etenim ſi verum eſt, quod ſententia, quā alimeta corpori humano praeflanda fore, jubetur; per appellacionem non ſuſpendatur, quoniam interim debeat alimeta praefari; in nempe ratione, ne fame moriantur, & perire poſfit, I. ff. ubi pupillæ educari debet glosſa verbo alimeta, in l. 2. ff. de feriis, & dilatio. & ex hi quæ latè adducit Bald. Novell. de doce, parte 9. priſileg. 7. Ozalo. deciſ. Pedem. 25. n. 20. Menochius de adipiſcen. poſſeſſ. rem. 4. n. 829. & ex Lancelot. Lara, Surdo, Gigante, & aliis, dicimus latè inſra ſuo loco commodiori; ergo à fortiori idem dicendum eſt, privilegium concedendum in abſolutione ab excommunicatione, qua qui habilitatur ad participationem Eucharistiæ, & ceterorum Sacramentorum, qua privatus erat per excommunicationem, vel interdictum, qua ſunt cibis, alimeta animæ, ei per appellacionem iuſpendenda non ſunt per appellatioſis obſtaclum, & non ſolum ſicut in alimēntis majoribus praeflāndis, ſed etiam in cibariis, & educationibus, que pupillæ, infantibus praeflari jubentur, juxta l. 1. & toto titulo, ff. & Cod. ubi pupillæ educari, vel morari debet, ut conſat ex exemplo diuſi Chrysostomi bomil. 53. 92 ſuper Matthei. tom. 2. ibi: Non videtis quanta in infantes animi claritate mammillas arripunt? Quia proceſſione papilli infigunt labia? Non minor cupiditate nos quoque ad hanc menſam, & ad huius calicis accedamus ſpiritualem papillam: immo vero majori deſiderio, quaſi laſtante pueri gratiam ſpiritus ſugamus, unus ſi nobis dolor, una tristitia, ſi hoc alimēntum ſpirituale privemur. Ecce igitur diuſus Chrysostomus dicentem, majorē effe dolorem alimēntū ſpirituale privari hominem quām infante latet: ergo eodem modo, & fortiori dicendum eſt quod quædammodum appellatio non eſt impedimentum, quoniam alimēnta infantibus, majoribus interim praeflāntur, nec ſententia effectus iuſpendatur, ut abſolutione ab excommunicatione, cum per eam permittat alimēnta ſpiritualia veſci.

Hinc etiam hæc noſtra fulcitur, & corroboratur 93 opinio, nempe iudicem Ecclesiasticum viam non facere non deferendo appellatioſis emissa à ſententiā, quā qui abfolvi jubetur ab excommunicatione, vel interdicti vinculo: nam ſi ſubſidium, & auxilium, quod ad humānum bellum mitti, ſententiā jubetur: non ſuſpenditur ejus effectus per appellacionem ſubſequentem pariter in l. ſu. de appell. recipi. ibi, ne ſrumentum in uſum militum, in annone ſubſidium contrahatur, &c. quoniam haec res dilationem non patitur ex ipſa lege, ad quod videnda ſunt, que circa ſubſidium charitatibus ſuprà diximus cap. 2. ſed hic eſt hominem effe in continuo, & perpetuo praeflō ſpiritus adversus carnem, caro autem aduersus ſpiritum, ſpiritus promptus, caro autem infirmus; tres enim ſunt anima, fortitudo, mihi inimici continuo in ſlatera parati, ſcilicet mundus, diabolus, & caro, qui inſidiis ipſam minantur, quique frequenter captivavit ſpiritum in lege peccati. Mundus nunquam ſolus praeflatur, ſed ducit ſecum carnem, & diabolum, & hi tres ſimil, ſemel contra ſpiritu pugnant, de quibus per Ecclesiast. 25. cap. Tres (inquit) 94 species edidit anima mea, pauperem ſuperbum, divitem mendacem, & ſenem fatuum, & infenatum; pro quibus intelligit, & optimè diabolum, mundus, & carnem, ut ibi latius explicat; à quibus opprefſus & deſefit, & lacrimat David. Prophetæ Psalmo 37. Inimici auem mei uirunt, & conſirmati sunt super me, & multiplicati sunt, qui oderunt me inique. Auxilium Dei in hoc praeflio neſſario invocans, inquit ibi: Ne derelinquas me, Domine Deus meus, ne diſceris a me: quod auxilium praefat Dominus viriliter te gerenti, juxta illud Psalmi 36. Viriliter age, & conforſteſt cor tuum,

97 & ideo dicit Dominus in Apocalypsi c. i. n. 8. *Vincen*
dabo edere de ligno vite, quod lignum vita est figura
hujus sancti Sacramenti Eucharistiae, corporis, & san-
*guinis Christi, ex his, quae in hoc adducit Fran. Dida.
 Moril. in suis discursibus prædictabilibus, sermone primo,
 de las figuræ adl. Sacramento de la Eucharistia, super illis
 98 verbis: *Caro mea veræ est cibis*, &c. ante fin. col. 2. a. 2.
 quapropter, quia noster primus Pater Adam non se ges-
 fit in hoc prælio viriliter, sed vixit et adæmonem, eum
 exultavit a Domino, qui dixit: *Ne forte mitat manu-
 stam, & sumat de ligno vite*, & comedat, & vivat in
 aeternum, Genesis 3. n. 22.*

99 Cuius quidem prælii contra hos inimicos pro-
 prium subfidiū est, tutela, & defensio, Eucharistiae
 Sacramentum, ut probat divus Cyprianus in epistola 2.
 ad Cornel. ibi: *Communicatione danda est nobis*, ut quos
 excitamus, & extortum ad prælium, non inermes re-
 linquamus, sed protectione sanguinis, & corporis
 Christi muniamus, & eum ad hanc stat Eucharistia, ut
 possit accipientibus esse uelut, quos tuos esse concur-
 adversarii volumus, monumento Dominicâ saturati-
 tatis armemus, &c. Et quemadmodum aliments, &
 alia cibaria temporalia admodum necessaria sunt ad
 bellum, ad victoriam, & ad fortis reddendos homi-
 nes humanos, *Panis cor bominum confirmat*, Pfal-
 100 mo 101. Ita in hoc bello spirituali ad idem necessaria
 est cibus corporis, & sanguinis Christi, cuius
 præcipuus est effectus, animum, & vim attribuere,
 iusta illud David Psalmi 22. *Parasi in confusione mea*
menam aduersus eos, qui tribulant me, & divi Ignatii
 Epistol. ad Ephesios: *Date operam, ut crebrius con-
 gregemini ad Eucharistiam, & gloriam Dei: quando
 enim sapientis in idem loci conveniatur, labefactantur vices
 Satanae*, &c. & D. Paul. ad Hebreos cap. 13. num. 9.
*Sicut legimè certantibus, victoribusque, & gratiam
 merentibus per appellationem peccatorum offerenda est
 Eucharistia*; ad quod facit illus S. Marci Anachoretae
 in lib. de Melchizedech, postquam retulit illud Melchi-
 zedech, qui panem dedit, & vinum Abraham, simul cum
 absolutione, postquam erat bello quo cum Regibus ha-
 bebat, victor rediit, ut advertit S. Cyril. lib. 2. in Ge-
 nepsi, (quod est figura hujus Sacramenti Eucharistiae,
 ut advertit S. Marc. ibi.) dicit sic: *Christus redemptus,*
*ex bello spirituali, dat panem sanctificatum, dicens, acce-
 pite, & manducate de eo omnes*, &c. ergo dicendum est,
 quod cum anima sit in perpetuo prælio cum forti-
 bus inimicis, à quibus vera defensio, verumque sub-
 fidiū, & alimento est Eucharistia, quæ confequeretur
 per absolutionem ab excommunicatione, vel interdi-
 cto, minime differt, nec suspenda est per appella-
 tionem ab ipsa, vel à sententiâ, qua ipsa fieri jubetur;
 quemadmodum non differt, nec demoratur subfidiū
 prælio temporalium mittendum, per d. fin. ff. de app. recip.
 vel non, in d. fortiori in nostro casu, cum majus per-
 riculum immineat.

102 Et hac doctrina, nempe posse judicem excom-
 municatione relaxare non obstante appellatione; procedit
 etiam in interdicto, & suspensione ex æqualitate, &
 aequiparatione a nobis supra probata, & etiam ex his
 fundamentis hic adducta, & desuper idem dicit Lan-
 celot. de atent. 2. part. cap. 12. limit. 23. à num. 10. ubi
 dicit, quod illæ tres limitationes, quas scriperat ibi
 limit. 21. 22. & 23. templa denuntiationem, fructus pri-
 vationem, & absolutionem, & de quibus etiam nos
 diximus latius hoc eodem capite, quas ipse in 3. capitibus
 divisit, dicit procedere, & habere locum in suspensi-
 one, interdicto, quemadmodum & in excommuni-
 catione, sequuntur etiam omnes Doctores supra citati,
 qui de absolutione à quacunque censura expresse lo-
 quuntur.

103 Quæ doctrina, & resolutio in tantum vera est, ut a
 fortiori procedat, ut non possit appellari à sententiâ

qua dictum sit, excommunicatum præstata cautione
 esse absolvendum. Cardinal. Alexand. in cap. quæ fronte,
 num. 10. ibi not. ult. de appell. Ruginell. in tral. de appell.
 § 2. cap. 3. num. 7. Scaccia de appellatio quæf. 17. limit. 42.
 numero 21. & non solum quando appellatio lable-
 quitur absolutionem, sed etiam quando præcedit can-
 dem absolutionem, ut tenet Lancelot. de atent. 2. 101
 p. cap. 12. præfatione, nu. 115. limit. 3. & idem Lancelot.
 in eadem 2. p. cap. 12. lim. 23. sub n. 2. ubi etiam loquitur
 quando quis est excommunicatus, & infat pro ab-
 solutione, & adversarius replicat, non esse absolu-
 dum, Decius in c. quæ fronte, sub n. 17. de appellat. qui
 loquitur, quando quis excommunicatus, & petit ab-
 solutionem ab eodem judge, qui eum excommunicavit:
 adversarius opponit, quod cum offensa sit manifesta,
 absolutione concedi non debet, etiam si excommunicatus
 veluti præfare cautionem de parando juri, iuxta
 cap. ex parte 24. de verb. sign. judge recipit oppositi-
 onem, & adversarius appellat, nihilominus judge, non
 obstante appellationem, absolvit; quia licet absolutione sit
 iusta, tamen tenet appellatione pendente licet uti
 talis potest per superiorum rescindi. Franc. in d. cap. quæ
 fronte, quæf. 4. n. 35. & sub n. 38. Lancelot. dicit cap. 12.
 lim. 21. num. 36. & 37. & d. limit. 23. sub num. 3. & vide
 Scacc. ubi proxime, anum. 22. cum seq. qui posuit Lance-
 lotum, & Philipp. Franchum aliquibus modis ampliat
 & limitat hanc doctrinam.

An. & quando judge superior, ad quem appellatum 105
 sit, ab solvere excommunicatum posuit, & debeat ad
 cauelam (si & in quantum indiget) ad tollendum
 murmur, & scandalum populi, vel quoquo modo: text.
 in cap. foliet. & text. in cap. venerabilibus cum suis, §. de
 107
 sententiâ excommunic. libr. 6. & que ibi adducunt globla,
 & Doctores, de interdicto, vel suspensione, vide text.
 in c. Apostolice, ubi Abb. Felin. & ceteri latè de exceptioni-
 bus, latè Covar. in praetatione, c. alma mater, de
 sententiâ excommunic. libr. 6. p. 12. per totum, ubi etiam an
 delegatus posuit ad cauelam absolvere, & an, & quan-
 do absolutione eadem debeat esse cum sola iuratoria cau-
 tione, de stando juri, & casus in quibus fidei sufficiunt
 requiratur, vide text. & ibi Philip. Fran. & ceteri in dicit.
 cap. quæ fronte, de appell.

Unum tamen adverte libet, quod cum superiores 108
 judges sic ad cauelam absolvant, & habilitant
 excommunicatum appellantes, ipsi indistincte non for-
 sum in judicialibus, sed & in ceteris communicantes,
 cum omnibus non existimantes censuras, & in contem-
 ptum suffraganorum, quod periculofum erat, ideo
 praxis obseruat, ut judges ad quem recepta appellatione,
 inhibeat judicii à quo, ut per aliquot dies non pro-
 cedat ad ulteriora, & in causa supercedeant (quoniam nos
 sobre cessoria, appellatum vulgariter) & ut simili acta
 transmittat, ex quibus superior informatus potest ju-
 dicare, servatā formā text. in d. cap. venerabilibus, &
 aliorum allegatorum jam: & si inventiat bene appella-
 tum, & male judicatum, potest vel ipse absolvere, vel
 ad inferiorem remittere absolvendum; si autem male
 appellatum inventiat, remittit ad eum; si autem dubium sit, in arbitrio judicis est vel absolvere, vel
 remittere, ut tenet Aitcharen, in d. cap. foliet. de sententiâ
 excommunic. 1. 6. & Abb. in c. per tuas de sententiâ excommunic.
 num. 2. & hac praxi utitur, quando appellatum post ex-
 communicationem, & absolutionem, & de quibus etiam nos
 diximus latius hoc eodem capite, quas ipse in 3. capitibus
 divisit, dicit procedere, & habere locum in suspensi-
 one, interdicto, quemadmodum & in excommuni-
 catione, sequuntur etiam omnes Doctores supra citati,
 qui de absolutione à quacunque censura expresse lo-
 quuntur.

109 Quæ doctrina, & resolutio in tantum vera est, ut a
 fortiori procedat, ut non possit appellari à sententiâ

prætermissa, a foro compet. lib. 6. & gloss. in cap. ut debi-
 tus honor, versiculo aliquoquin, de appell. & in cap. Romana,
 §. sententiâ de appell. in 6. ubi Geminianus versiculo querit,
 an excommunicatus.

110 Superior igitur non poterit absolvere excommuni-
 catum, nisi prius visis actibus, & facta inhibitione, pra-
 cipiens, ut ad ipsum transmittat, postmodumque,
 prout juris est, judicare, ad ipsum namque iurisdictio
 non devolvitur, nisi prius probata causâ verâ, & legit-
 imâ appellationis, ut secundum Innoc. in c. per tuas, de
 sententiâ excommunic. num. 4. tenet Zetola in d. prax. Episc. 2.
 part. versiculo appellatio, §. non queritur, &c. & per Hoi-
 sieni. in summa ist. de offic. deleg. §. qualiter finitatur,
 dicentem, male facere aliquique superiores metropolita-
 nos ab solventes excommunicatum appallentem, antea
 quam inhibeant inferiori, ut ne procedat per aliquot
 dies, secundum formam jam dictam, & transmittat
 acta, quid in criminali causa loquendo confirmat, &
 approbat sacram Concilium Trident. sess. 13. de reform.
 cap. 3. ibi, coram judge ad quem appellarunt, acta prima
 instantia omnino producunt, & judge nisi illis vīs, ad
 ejus absolutionem minime procedat; & in declaratio-
 ne Card. ejusdem cap. 3. 4. parte folio 25. verbo causa
 appellationis, &c. Congregatio censuit Episcopum, ad
 quem appellarunt fuerit, excommunicatum coram se
 111 comparent ad cauelam, posse absolvere, vīs actis,
 quibus iurisdictio sua fundetur, quamvis alias de me-
 ritis causa non cognoscatur, diffinitivè tamen, nisi vīs
 omnibus actis prima instantia, non posse juxta hoc cap-
 put sententiâ ferre.

112 Confito autem de contumacia judicis à quo recu-
 santis exhibere acta, partes erunt iudicis, ad quem appelle-
 latum est, ab solvere partem appallentem à molestatio-
 bus, & pronuntiare acta, & sententiam iuris à quo,
 si unquam reperiuntur cassa, & vana: ita loquitur
 eadem declaratio in princip. ver. adla prime instantia, ibi
 secundum d. positionem cap. ibi: is autem à quo appelle-
 latum fuit, intra triginta dies acta ipsa postulant
 gratis exhibent, aliquoquin causa appellationis bujum-
 di; prout ista fusserit terminetur: & ad illud quod
 idem Concilium dicit (appellant gratis exhibeat, &c.)
 intelligenda sunt de actis in criminali causa, confessis
 per judicem, vel fatim per Cancelleriam eius Episco-
 pi, vel qui acta tunc exhibere debet gratis; non tam
 intelligendum est de notario actuario, cùm omnino
 solvenda est merces, iuxta alia Concilii decreta, sezione
 24. de reform. cap. 20. & alibi paffini, & declaravit Congre-
 gatio ubi proxime, versiculo gratis exhibeat.

113 Hinc non inutile videbitur, examinare illam qua-
 stionem, an iudex Ecclesiasticus vim faciat, non defen-
 dit appellationem interpositam per mulierem, quam ad
 absolvendum. (vel quia adiutum tenet de jure, vel quia
 jubatur per superiorum, vel rogatur à tribuolis) eo quod
 personaliter ad absolutionem nanciscendam cogit, &
 compellit, comparent coram iudice de qua questione feme
 de facto vidi dubitari, licet apud neminem, neicum,
 taclam, & à judge vim fieri constat, nam cum jure pro-
 hibitus sit, ut mulieres nequaque debeant à judge
 personaliter trahi invitate, nec evocari causa ferendi te-
 stimoniū, aut alia quælibet, quæ in jure non inventitur
 expressa decisa, etiam autoritate literarum Sedis Apo-
 stolice, vel legatorum ipsius, aut alia quæcumque, sed
 tenuerit ad eundem tabellionem, aut aliam personam idoneam
 transmittat, vel ipse judge requirente qualitate
 negotii, text. est expressus in c. mulieris (quas vagari non
 convenient, nec virorum costibus immiceri) de iuridicis,
 lib. 6. text. etiam in auth. ut nulli judicium, in princ. ibi, sed
 siquidem pro fiscalibus debitis patiatur secundum le-
 genum mulierum, aut per virum suum, aut per se, aut
 per quam voluerit personam legitimè respondeat, &
 debet judge, vel ire, vel mittere tabellionem, vel perio-
 nam idoneam, ut actus perfectè expediatur, secundum
 text. & gl. in d. cap. mulieris, de iuridicis in 6. nam a judge

114 hanc opinionem, deteguntque hac in questione vi-
 olentiam fieri evidenter à jure, non deferendo appella-
 tionem interpositam per mulierem, quam ad
 absolvendum. Quoniam hoc gravamen talis est naturæ, ut ab eo licita sit appellatio: nam
 cum hoc beneficium à jure communis sit concepsum, ut
 pro his causis civilibus nullo modo debeat in iudicium
 trahi personaliter, sed per maritum, vel procuratorem
 quemlibet legitimè constitutum, audiatur, & si causa
 qualitas hoc requirat, ut persona ejus necessaria sit; de-
 bet judge, vel ire, vel mittere tabellionem, vel perio-
 nam idoneam, ut actus perfectè expediatur, secundum
 text. & gl. in d. cap. mulieris, de iuridicis in 6. nam a judge
 negante

CAPUT VI.

An iudex Ecclesiasticus vim faciat, non deferens appellationi interposita à sententia interlocutoria, lata super articulis ejus cause, à cuius diffinitiva prohibetur appellari.

SUMMARIUM.

- 1 A diffinitiva probita appellatione sive quoad unum tantum, sive quoad utrumque effectum simul, an probita intelligatur ab interlocutoria.
- 2 Quod non prohibetur, censetur concessum.
- 3 Analogum per se sumptum sive pro potiori significato.
- 4 Sententia appellatione de diffinitiva intelligitur.
- 5 Appellatio probita à sententia intelligitur à diffinitiva non ab interlocutoria.
- 6 Statutum probibens appellationem à sententia potestis, intelligitur de diffinitiva stricte.
- 7 Prohibitio compromittendi super causa, intelligitur super Principali, non super articulis incidentibus.
- 8 Appellatio probita heretico, quod diffinitivam duntaxat intelligitur, non quod interlocutoriam.
- 9 Interlocutoria non reparabili per appellationem à diffinitivo, recipit appellationem.
- 10 Gravamen non potest reparari, quando non potest appellari à diffinitiva.
- 11 A iudicata licet non appelletur; tamen ab interlocutoria incidenti licere qui dicant.
- 12 Prohibitio licet sit appellatio in remedio l. fin. de edito Divi Adria. & I. uni. Cod. si de moment. poss. ab interlocutoria incidenti qui teneant.
- 13 A diffinitiva licet probita sit appellatio, admittitur tamen ab ordinato processu.
- 14 Appellatio ubi à diffinitiva probita est, pariter censeri probitam ab interlocutoria, & emergenti, defenditur.
- 15 Paclum inter partes, ne appelletur in causa, intelligitur etiam prohibito ab interlocutoria.
- 16 Claustra (appellatione remota) intelligitur etiam respectu interlocutoriae.
- 17 Summaria ubi est causa, omnes ejus articuli summariti sunt, &c. 28.
- 18 Causa, & ratio prohibitiva appellationis in causa appellatione militia etiam in interlocutoria.
- 19 Statutum probibens appellationem à diffinitiva, intelligitur & in interlocutoria, ubi militia eadem ratio.
- 20 Statutum probibens de nullitate dici, intelligitur etiam in interlocutoria.
- 21 In causa que convenienter, debent & in effectu convenire.
- 22 Casus, quo neclit aquitatis, & rationis identitas, non sunt quod juris dispositionem separandi.
- 23 Ab interlocutoria facilitus jus appellationem tollit.
- 24 Naturae eis questionis incidentis in causa principali, que de ipso principali, & 27.
- 25 De parte quod partem idem est, quod de toto quod totum.
- 26 Prohibita appellatio à causa principali, probitetur etiam ab accessoriis.
- 27 Appellatio ubi est probita ex natura causa prout alimentis, &c. intelligitur probitetur ab incidentibus.
- 28 Prohibetur cum quid, censetur etiam probitum omne, per quod pervenire ad illud.
- 29 Per interlocutoriam pervenire ad diffinitivam.
- 30 Appellatio si est probita à laude, non prohibetur à preambula compulsione.
- 31 Appellatio ubi est probita à principali, an ita intelligatur ab interlocutoria, vari varia dixerit.

32 Abbatis

- 32 Abbatis opinio refertur.
- 33 Angeli distinctio refertur.
- 34 Aggidii Belli distinctio refertur.
- 35 Decii distinctio refertur.
- 36 Rebiffi opinio refertur.
- 37 Achil. Personal. distinctio refertur.
- 38 Scaccia opinio refertur tenetis absolute prohibitam appellationem in causa principali, censetur prohibitam ab interlocutoria.
- 39 Appellatio ubi admittitur quod devolutum, non potest dici, quod interlocutoria non posse reparari per appellationem à diffinitiva.
- 40 Gravamen in possessoria reparatur in peitorio, secus h. super peitorio, iudicium non expectatur.
- 41 Doctorum omnium resolutio in questione proposita, & distinctiones non integrè satisficiunt.
- 42 Autoris distinctio refertur in proposita questione.
- 43 Appellatio probita quod suspicuum tantum in causa principali, censetur prohibita ab interlocutoria super incidenti, aut emergenti articulo.
- 44 Statutum generaliter probibens appellationem à tali causa intelligitur prohibere à qualibet eis interlocutoria.
- 45 Idem in statuto probibens compromissum.
- 46 Oratio indebita negativa concepta universalem significacionem habet.
- 47 Negatio opposita subiecto, aut termino communis, facit orationem universalem.
- 48 Statutum probibens appellationem specialiter à sententia, intelligitur de diffinitiva, non de interlocutoria, cum sit stricte iuri.
- 49 Statutum probibens appellationem, est odiojum, & restringendum, in minus latet sit consuene.
- 50 & 51. Ratio per quam statutum probibens appellari à sententia, similiter etiam in interlocutoria, de ipsa intelligitur, licet sit stricte interpretandum.
- 52 Prohibita appellatione in causa principali, prohibetur ab interlocutoria, etiam si alii ab ipsa licuerint appellare.
- 53 A competencia, vel incompetencia appellatio admittitur etiam ubi sit probita à diffinitiva, quod suscepimus tamen.
- 54 A competencia, seu incompetencia non censetur probitudo appellatio, quandocumque probitetur ab interlocutoria.
- 55 Incompetencia exceptio quandoque opponitur, ad impedientem sententia executionem.
- 56 Prohibita appellatio per statutum non intelligitur prohibita à sententia super incompetencia.
- 57 Jurisdictionis defectus exceptio non censetur exclusa à dispositione probitente omnes exceptiones.
- 58 Interlocutoria super legitimatione personarum admittat appellationem, ubi causa principali illam non recipit, puta, quia est exercitaria.
- 59 Legitimatio personarum in quounque iudicio necessaria est.
- 60 Exceptio incapacitatis, in qualibet iudicio exercitio admittendam.
- 61 Legitime actor & reus debent compare in qualibet iudicio.
- 62 Legitimatis exceptio non censetur exclusa à qualibet statuto, omnes exceptions adversus instrumentum excludente.
- 63 Legitimatis exceptio etiam post tres sententias potest opponi.
- 64 In iudicio ex l. fin. Codice de edito divi Adriani, interlocutoria procuratorem legitimatum non esse, vel aliquem non habere legitimam personam stanti in iudicio, recipit appellationem.
- 65 Et in pronuntiatione, quem esse, vel non esse tutorem.
- 66 Beneficii curati proviso non recipit appellationem, & procedatur summarie.
- 67 Oppositio, si declaretur esse, vel non esse filium paternalem, aut alijs personam legitimam, licet appellatio in provisione curati.
- 68 & 69. Appellatio permititur ab ordinato processu, etiamsi in causa principali non admittitur quod diffinitivum.
- 70 Hieronymi Gonzales opinio reprobatur.
- 71 A iudice procedente ordinarie, cum debeat procedere summarie, tanquam ab inordinato processu licet appellare.
- 72 A iudice procedente summarie, aut executive, ubi ordinarie debuit procedere, licet appellare.
- 73 Nisi quando summarie procedere, relinquatur iudicis potestatis.
- 74 Ordinari judicarium servare, non potest nocere.
- 75 A iudice non faciente quid eius potestati relinquitur, non licet appellare.
- 76 Ad testium inabilitum, seu post terminum probatorium admisso appellatio admittitur, etiam ubi à diffinitiva prohibetur quod suspicuum.
- 77 Sententia interlocutoria, si per dolum, aut injuriam feratur, appellationem recipit, etiam ubi à diffinitiva prohibetur.
- 78 Idem si in sententia, que fertur per latam culpam, cum dolo equiparet, ibid.
- 79 Sententia lata per dolum judicis nulla est, nec transit in rem iudicatan.
- 80 Sententia nulla executionem non meretur.
- 81 A diffinitiva probita appellatio quod utrumque effectum censetur permisit à qualibet interlocutoria incidenti.
- 82 Ab interlocutoria appellatur, quando per appellationem à diffinitiva reparari nequit.
- 83 Statutum probibens devolutiva ubi à diffinitiva datur, non potest dici, gravamen in interlocutoria non posse reparari per appellationem à diffinitiva.
- 84 & seqq. Concil. Trid. sess. 13. de reform. cap. 13. ponderatur.
- 85 Appellatio, ubi simpliciter à iure reperitur probita, intelligitur quod utrumque effectum.
- 86 Principia à voluntate que pendent, impossibilitate iudicantur.
- 87 Appellatio ubi probitetur in delictis, non intelligitur probita ab incidentibus.
- 88 Iura adaptantur ad ea, que frequenter accident.
- 89 Gravamen non reparari per appellationem à diffinitiva verificatur quando ab ea est probita, quod utrumque effectum, non quod suspicuum tantum.
- 90 & 91. Haretico licet probitetur appellatio à diffinitiva, non tamen ab interlocutoria, & quare.
- 92 L. 1. §. quantum fit de appellatio, verba ponderantur.
- 93 Prohibita appellatio à diffinitiva à causa principali quod suspicuum, appellatione à qualibet interlocutoria regulariter deferendum non est.
- 94 Prohibita appellatio à causa principali quod utrumque effectum, admittenda est à qualibet gravamine incidenti.
- 95 A possessori an fit appellatio probita quod unum, vel utrumque effectum, duo sunt contraria opiniones.
- 96 A possessori si fuisse appellatio probita quod utrumque (ut plurimi putant) verum fore, permisit esse à qualibet interlocutoria, ibid.

Hujus questionis, ut debitum consequamur existim, in duas cogimur ius imitantes, partes dividere, aut distinguere, scilicet, in appellations ab interlocutoriis latis in causa, cuius diffinitiva prohibetur appellatio, quod effectum suspicuum tantum, & in appella-